



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ruperti Abbatiss Tvitiensis, Summi Disertissimi  
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.  
prophetas minores, Commentariorum Libri XXXII**

**Rupert <von Deutz>**

**[Köln], M. D. XXVII.**

**VD16 B 3835**

Prologus Ruper. In Zachariam Prophetam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)



Chrs dñs  
Zorobabel & fili  
us Salathiel  
Phil. 2.

& hesterni, ego antiquus dierum faciam quod est meum, ordinabo regnum meum, statim ex me regem meum assumendo te d' Zorobabel serue meus, qui unde Zorobabel, inde seruus meus es, quia formā serui accipiens, in Babylone, id est in mūdo, natus es, & es filius Salathiel, id est, filius petitionis dei, filius quē longo et magno desiderio sanctos, uel iustorum uniuersitas à me deo suo, ut te mitterē, petiuit. Te assumā dando tibi potestātē & honorem & regnū, & oēs populi, tribus, ac linguarū seruient tibi, & potestas tua, potestas æterna, quæ nō auferetur, & regnū tuū qd non corrūpetur. Assumā te (inquit) & ponā te quasi signaculū, quod uidelicet signaculū pater signauit ait ipse de semetipso, & sanctificauit. Apostolus quoq; ipse est (inquit) imago dei inuisibilis, & figura substantiæ eius. ¶ Dicēdo quasi signaculū, nō minuit ueritatē signaculi, sicut in psalmo dicēdo, facti sumus sicut cōsolati, nō dimittitur ueritas cōsolationis. Nos quoq; uulgari sermone sic dicere solemus, fecisti quāsi fidelis, sicut amicus, & ita dicēdo uere fidelē, uere amicū p̄clare pronūciamus. Itaq; sicut signaculū, id est, uere signaculū, quo sicut annulo, siue imagine regis cæra subiecta, ita signatur, & similitudine decoratur, credēs & fidelis aia, Vbi ponam te? Nimirū in cōspectu meo ad dexterā meā, in gloria mea, in omnipotētia mea, ut hab eas omnē potestātē in cælo & i terra, q̄a te elegi d' forma serui, unā esse p̄sonā cū forma dei. ¶ In tā breui uersiculo tertio repetitū esse, dicit dñs exercitūū, non debet nobis uideri tædiōsum, aut superfluum, sed delectabile & operosum, q̄a reuere forma serui. Hoc dulcissimæ promissionis eloquiū, dominus pater dixit, dñs uerbū dicit, dominus spūs sanctus dicit, & hoc opus totius est trinitatis, qd illa forma sedet à dextris dei, talis ut sponsa eius gratuletur, & dicat, Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus.

Iohan. 6  
Colof. 1.  
Heb. 1.  
Psalm. 127.

Dicit dominus  
exercitūū

Cant. 7.

¶ Finis libri primi & ultimi in Aggæum.

PROLOGVS RUPER. IN ZACHARIAM PROPHEtam.

Apo. 5.



Visio huius  
Ruperi.

Psalm. 3.

Chrs in scrip  
pturis quærē  
dus p̄cipue.

Ioh. 5.

Psalm. 128.

Psalm. 80.

Longē spectatū d' diligens anima, Zachariā nunc ingrederis, qui undecimus est in ordine duodecim prophetarū. Quis nisi uerus & sanctus, qui habet clauē Dauid, aperiet intelligentiæ ostiū, dabitq; sermonē rectū, & bene sonantē in os tuū. Quid est quod mente retractas, assistēs iā & pulsans ad huius prophetæ, imō propemodū pulcherrimi Euangelistæ ostiū. Vidi per noctē autē Et ecce uir ascendens super equū rufum, atq; hoc dicens, reminisci me facit, quod nescio q̄ liter sapiens quis accepturus sit, quia uidi per noctē, & ecce immensitas lucis, & patria liminis dulce rubentis, & rubicundo sereno lucentis, ultra q̄ dici possit, & in ea cātus suauis, cantus multitudinis iugiter canentis, & absq; interruptione cōsonā laudē personantis. Illic appropinquanti accesserūt exinde obuiā quidā puoli, & applaudētes letabū dicit (inquit) ille est, qui de dño nostro sic & sic loquitur. Hæc & talia dicit. Interim illius patriæ quæ dñā suauitas ineffabilis inundabat secretiora uentris, et dicebat spūs animæ intelligēt, qd illi cōcentui deberet cōsociari. Nōne hæc infantilia sunt? Sed tu dñe deus noster, cuius admirabile est nomē in uniuersa terra, Ex ore infantū et lactentiū perfecisti laudē. Igitur quāq; hæc audit, siue infantē, siue uirū accipere uelit, tendenda chorda ingenij, percutienda est cithara pectoris, tuā Chrīste fidē spirantis, at rogandus est spūs tuæ charitatis, quatenus ipse cōponat p̄optæ modulamina laudis, q̄ iā dudū hoc inspirauit, ut de p̄phetarū thesauris nihil aliud sperē, nihil aliud cupiā cōseq. q̄ testimonia tua, testimonia fidelia euāgelij tui, qd euāgelizati est nobis, quia istæ sunt scripturæ quæ testimoniū perhibēt de te, sicut dixisti Iudæis. Seruatamini scripturas, q̄a in ipsis uos putatis uitā habere, et illę sunt, q̄ testimoniū perhibēt de me. Ecce in introitu assistens huius scripturæ, illud qd uerū est, decanto, et sedula mēte rumino, quia testimoniū dñi fidele, sapientiā præstans paruulis, iustitiæ dñi rectæ, letificantes corda præceptum domini lucidum, illuminans oculos. Fiat mihi secundum illud quod dixisti, quia deus noster et dominus, dilata os tuum, et implebo illud.

In mo